



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Titvlvs Decimvs. De Subdiaconis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

TITVLVS DECIMVS.

De Subdiaconis.

Articulus Primus.

*De materia forma & obligationibus
Subdiaconatus.*

1. Ræcisa materia Subdiaconatus est: Porrectio calicis vacui cum patena vacua, porrigente ea Episcopo & Ordinando illa tangente. Ita communiter antiqua concilia Patres, & Theologi. Materia vero secundaria, porrectio Urceolorum, Manutergij, &c. concomitantem actum Subdiaconi designat, qui est porrigere urceolos, ad vinum & aquam infundendam calici, porrectio vero libri Epistolarum, insinuat potestatem posteriorem Subdiaconatu, & ex consuetudine Ecclesiæ illi adjuncta est, pertinebat enim olim ad Diaconum legere Epistolam. Forma vero præcisa, sunt verba Episcopi in porrectione calicis vacui & patenæ vacuæ: videte cuius Ministerium vobis tradatur.

2. Sunt etiam tres Subdiaconorum obligatio-

ligationes, quarum transgressio in materia gravi est peccatum mortale. 1. Continen-
tia ex voto proveniens, unde peccata in-
continentiae, sive in cogitationibus ac de-
lectionibus morosis, sive in verbis ob-
scenis, sive in tactibus consistant, ad Sacri-
legij culpas pertinent.

2. Est puritas mentis & corporis in Mini-
sterio: puritas mentis in hoc consistit, ut
nimirum ab omni affectu actuali ad mor-
tale peccatum, tempore Ministerij sint a-
versi, cum aliqua conversione ad Deum.
Puritas enim corporis requiritur, ut nimi-
rum cum munditia corporali sacra vasa
tangant & altari deserviant, unde non ex-
cusandi à peccato mortali, qui pleni fodi-
bus Crapulæ, Luxuriæ, se sacriss ingerunt.

3. Est lectio Horarum Canonicarum: de
qua & de peccatis illam obligationem con-
cernentibus videnda sunt quæ diximus de
Canonicis.

3. Initiatim majoribus Ordinibus ad cæ-
libatum perpetuo servandum non tenen-
tur jure divino, sed præceptum de con-
tinētia servanda ab ijs qui in majoribus or-
dinibus

dinibus constituti , pro diversitate nationum, temporum , eventuum , & aliarum circumstantiarum varie immutatum fuit, & in eo quidem nonnunquam dispensatum, alias etiam præceptum rigerosius impositum: & demum præcepto de continentia , votum solemne castitatis in ipsa ordinatione implicite emittendum, ex instituto Ecclesiæ est annexum , ut quæstio omnis evitaretur, & omnes se illi voluntarie astringerent. Et ex inde continentia Ordinibus sacris annexa obligat ordinatum, sub ratione veri & realis voti solemnis castitatis et si impliciti. Dicitur (*sub ratione voti veri & realis*) ad excludendum nondum præceptum Ecclesiæ , aut conditionem ordini annexam : hæc enim continentia modo perpetua est, ex libera voluntate Ordinandi proveniens, famulatui perpetuo Dei in sacris Ministerijs, non ut conditio, sed ut qualitas absoluta, statim constituens, annexa. Ab hujus tamen voti obligatione , excusat ignorantia quæcunque facti , sive ordinationis , ignorantia enim facti tollit omnem libertatem ; ignorantia vero

200 ab

vero

vero voti annexi Ordini sacro, si sit invincibilis, in foro Conscientiae excusat ab obligatione voti: non tamen in foro externo: item metus gravis cadens in constantem virum injuste incussum, excusat ab obligatione voti, item qui dolo vel fraude ad maiores Ordines inductus est, ita ut fraus & dolus, libertatem veram ad votum requisitam sustulerint, ad votum continentiae non tenetur.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Beneficiatis, Beneficiis ac Simonia.

Articulus Primus,

Quid & quoniam sit Beneficium.

I. **B**eneficium est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis; propter aliquod officium spirituale, auctoritate Ecclesiae constitutum. Dicitur (*jus perpetuum*) ut excludatur vicaria temporalis aut deservitura Beneficij ad beneplacitum Episcopi. Dicitur (*perecipiendus fructus*) bona enim immobilia Ecclesie